

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Taciturnitas k
cum fonte primo

Et loqui et tacere perfectio est; est autem
utriusque partis causa uerborum tenuisse
mensuram.

Aliquociens nimia taciturnitas stulticie
ascribitur, sicut et uerborum nimietas
ad furorem refertur,
secundum illud sapientis:
Est tacens non habens sensum ←
loquele et est tacens sciens tempus
apti temporis.

De qua re si nostri sententiam requiras
arbitrii, iam malo aliquis tacendo stultus
quam nimium loquendo iudicetur
insanus.

Valerius episcopus in quodam sermone.

Ita

et loqui et tacere perfectio est. Est autem
utriusque partis causa uerborum tenuisse
mensuram.

Magnum est tacere, magnum est loqui;
sed sapientis est utrumque moderari.

Nam

aliquoties nimia taciturnitas stultitiae
ascribitur, sicut et uerborum nimietas
ad furorem refertur.

De qua re si nostri sententiam requiras
arbitrii, iam malo aliquis tacendo stultus,
quam nimium loquendo iudicetur
insanus.

Valerianus Cemeliensis, *Homelie*, 5, 7
(PL 52, col.709A-B).

→

Est autem tacens non habens sensum
loquellae et est tacens sciens tempus
apti temporis (Eccli. 20:6).